

ut sint, sed et ut bene riteque constituta sint?

Unde nota, pro *Domine, qui amas animas*, graece significantius est, *Domine quod dicitur*, id est *Domine animarum amator*, Deus enim animas, ut ceteris omnibus creaturis nobiliores et pretiosiores, singulariter amat et diligit: ipse enim proprio ore animam homini inspiravit, eamque ad suam imaginem sibi simillimam condidit, *Genes. ii. 7*: ipse propter animas, puta propter homines, totum mundum et omnia quae in eo sunt, creavit; ac ne animae lapsae in peccatum perirent, Christum in carnem et in crucem misit. Vide ergo, o homo, quam animam tuam diligere, ejusque salutem curare debeas, ac deinde animas quoque ceterorum hominum, quas ita dilexit Deus, quasque Christus pretioso suo sanguine

redemit: nimirum haec fuit *quod dicitur*, id est

eximius ille amor Dei in homines, quem adeo celebrat et inculcat Apostolus ad Titum, cap. iii, vers. 4: hoc est, quod Deus per Ezechielem proclamat, cap. xviii, vers. 4: « Ecce omnes animae meae sunt, ut anima patris, ita et anima filii mei est: » hinc recte colligas, Deum cuique animae dare auxilium sufficiens ad salutem. Rursum, in « Domine amas animas, » id est vitas, etiam Aegyptiorum ceterorumque impiorum, ideoque eos non statim occidis, sed moderate castigas, respicant et mortem evadant, ac vitam assument, presentem longevam, futuram vero aeternam: id ipsum illustri visione Christus demonstravit Carpo, quam recenset S. Dionysius, epist. 8 ad Demophilum.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prosequitur idem argumentum Dei bonitatis et clementiae, quomodo scilicet Deus impios Chananeos illico non perdidit, sed modice castigavit, et ad poenitentiam invitavit, ut hoc exemplo ceteris peccatoribus spes vitae daret, eoque ad poenitentiam et morum correctio, nem aliteret.

1. O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! 2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones et alloqueris: ut relicta malitia, credant in te, Domine. 3. Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, 4. quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia injusta, 5. et filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio sacramento tuo, 6. et auctores parentum animarum inauxiliatarum, per manus parentum nostrorum, 7. ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quae tibi omnium charior est terra. 8. Sed et his tanquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. 9. Non quia impotens eras in bello subijcere impios justis, aut bestias saevas, aut verho duro simul exterminare: 10. sed partibus iudicans dabas locum poenitentiae, non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. 11. Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquid, veniam dabas peccatis illorum. 12. Quis enim dicit tibi: Quid fecisti? aut quis stabili contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo venit vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? 13. Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non injuste iudicas iudicium. 14. Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti. 15. Cum ergo sis iustus, juste omnia disponis, ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum aequas a tua virtute. 16. Virtus enim tua iustitia initium est: et ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. 17. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, et horum, qui te nesciunt, et horum, qui te nesciunt, exterum aequas a tua virtute. 18. Tu autem, dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, et cum magna reverentia disponis nos: subest enim tibi, cum ve-^{re}ris, posse. 19. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam

oportet justum esse et humanum, et bonae spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis poenitentiae. 20. Si enim inimicos servorum tuorum, et debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus et locum, per quae possent mutari a malitia; 21. cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum? 22. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes et cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. 23. Unde et illis, qui in vita sua insensate et injuste vixerunt, per haec quae colerunt, delisti summa tormenta. 24. Etenim in erroris via diutius erraverunt deos astimantes haec, quae in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes. 25. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. 26. Qui autem ludibriis et increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt. 27. In quibus enim patientes indignabantur, per haec quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt: propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos.

4. O QUAM BONUS ET SUAVIS EST, DOMINE, SPIRITUS TUUS IN OMNIBUS? — Scilicet rebus creandis, conservandis, alendis, gubernandis; ac praesertim in hominibus, tam in decernendis penis, quam in assignandis praemiis huius vitae, quin et futurae: nam Deus praemiat bestios in caelo ultra meritum, et damnatos in inferno cruciat citra demeritum, merentur enim illi amplius torqueri. Syrus, quoniam spiritus tuus bonus inhabitans est in omnibus; Arabicus, quoniam spiritus tuus bonus est in omnibus; graeco, nam incorruptibilis spiritus tuus est in omnibus, omnia scilicet conservans, etiam impios, sed ita ut ab eis non vitietur, nec polluitur. Incorruptibilis ergo est, tum quia ab ira, nec a vindicta, aliave passione vincit et corrumpti se sinit, sed ingentem in omnes bonitatem et suavitatem iugiter custodit, ut vertit Noster: tum quia res a se factas, etiam homines impios, non perdit, nec corrumpit, sed conservat, ac ad poenitentiam et salutem invitat: tum quia sceleribus hominum, quos creat, alit et conservat, non maculatur, nec corrumpitur: tum quia res corruptas, ac praesertim homines peccato perditos, per poenitentiam reficit et restaurat. Spiritum dei accipe, communem tribus personis S. Trinitatis, q. d. O Domine, quam in omnibus rebus etiam impis, ostendis te suavem et benignum ex ingenio tibi suavitatis et benignitatis spiritu. Tu enim quod dicitur, id est singularis animarum amator, ut paulo ante dixit; es autem talis in omnibus, quia omnes afflas et impellis ad bonum, omnibus inspiras pietatem, omnes incolas ad virtutem, ad poenitentiam et ad odium vitiorum. Poies quoque accipi spiritus notionalis, puta Spiritus Sanctus, huius enim, utpote per amorem procedenti a Patre et Filio, appropriatur bonitas et suavitas; unde ex eo quod Spiritus hic vocatur incorruptibilis, probat S. Athanasius, epist. ad Sebastianum, Spiritum Sanctum esse Deum.

Tropologice, Methodius in *Catena Job*, cap. lxxvii, per spiritum incorruptibilem accipit conscientiam

incorruptam, quam Deus cuique indit, quae facit, ut de Deo, etiam cum peccata puniunt, recte sentiamus, nec ejus severitatem, sed nostram malitiam accusamus. Spiritus hic suavitatis et bonitatis naturalis est Deo, ideoque illi commensus, infinitus et immensus, ac proinde infinito honore colendus, et infinito amore, si fieri posset, reclamandus aequae ac imitandus. Praeclare S. Leo, serm. 10 de Quadragesima: « Si dilecto Deus est, alii, nullum debet habere terminum charitatis, qui nullo potest claudii sine divinitas; » B. Laurentius Justinianus, serm. de S. Andrea: « Est iniqua res amor, non contenta limitibus, singularitatem non patiens, nunquam dormitans, semper operans, evidentissimis per se manifestata indicis, quae nescit medium personarum, etc.; » amor enim transformat hominem in Deum; nam, ut ait S. Gregorius Nyssenus, orat. de Pueris praenatae mortis: « Homo a Deo factus est, ut esset divinae virtutis animatum quoddam simulacrum. » Haec delicias suavitatis divinae gustavit Paulus dicens *Psalm. xxx. 20*: « Quam magna multitudine dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te! » et sponsa, cum his ebria exclamat *Cant. ii. 5*: « Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo; » et S. Magdalena, cum poenitens et amans suavissimas funderet compunctionis lacrymas, Easdem sentiant vere poenitentes et compuncti: noster S. Franciscus Xavierus in mediis persecutionibus, arumnis et laboribus iudeis, ita ita abundabat, ut cor ejus non caperet; unde haec ejus erant voces: « Satis est, Domine, satis est. »

Hanc spiritus divini suavitatem senserat S. Augustinus, unde in *Soliloquiis*, cap. xxii, ita cum eo dissuaviatur: « Renuit consolari anima mea, ut digna habeatur tuis consolationibus aeternis: quia justum est ut amittat te, quicumque in aliquo alio magis consolari eligit, quam in te. Et obscuro, summa veritas, te per te, non permittas me in aliqua consolatione vana consolari quam in te, sed peto ut omnia mihi amarescant, ut tu solus dul-

eis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inestimabilis per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcoravit, tua dulcedo craticulam B. Laurentio dulcoravit, tua dulcedo ibant. *Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine tuo contumeliam pati.* Ibat Andreas securus ad crucem et gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hæc enim tua dulcedo ipsos apostolorum principes sic replevit, ut pro ipsa crucis patibulum unis eligeret, alter quoque caput ferientis gladio supponere non timeret. Pro hæc emenda Bartholomeus propriam pellem dedit. Pro hæc quoque gustanda veneni poculum intrepidus Joannes potavit. Hanc vero ut gustavit Petrus, omnium inferiorum oblitus, clamavit quasi ebrius, dicens, *Math. xv, 4: Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula.* Unde concludit: « Hæc est enim illa beatitudo, Domine Deus noster, quam expectamus daturum tibi nobis, pro qua tibi, Domine, continuis militamus, pro qua tibi mortificamur tota die, ut in tua vita tibi vivamus. »

Rursus, ex hæc gnome disce regulam discretionis spirituum, qua scilicet discernas spirituum et cuiusque alterius, an bonus sit, an malus. Vis scire quo agris spiritui, præsertim in corripiendo et castigando, vide an id quod agis facias suaviter, an dure; benigne, an rigide; leniter, an aspere; modeste, an imperiose: si prius inventas, scito esse spiritum Dei: si posterioris, esse spiritum mundi vel diaboli: Spiritus Sanctus enim in homine suavitatem et dulcorem quemdam sibi similem efficit, tam in dicendo, monendo, imperando, quam in agendo et operando; spiritus vero mundi, duritiam et asperitatem, nam Spiritus Sanctus est suavis, benignus, lenis, modestus; spiritus vero mundi est durus, rigidus, asper, imperiosus: unde Apostolus, *Galat. vi, 1: Fratres, inquit, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, humiliter instruite in spiritu lenitatis;* » et S. Petrus, *1 Epist. iii, 4, Christi spiritum ita describit, eumque in christianis deposit: « Qui absconditus est cordis homo, inquit, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples: » vide utrobique dicta.*

2. IDEOQUE EOS, QUI EXERRANT, PARTIBUS (male legit Hugo *partibus*, q. d. Qui a patrum doctrina aberrant) CORRIPIS, ET DE QUIBUS PECCANT, ADMONES ET ALLOQUERIS (Lucifer pro S. Athanasio, *admonens Moyses*, leniter castigas, ut non tam castigare, quam eos admonere et suaviter alloqui, id est consolari, videaris) UT RELICTA MALITIA, CREDANT IN TE, DOMINE. — *Credant*, id est te agnoscant, colant, amant, reverentur, et per omnia obediunt: qui enim vere credit Deum esse Deum, illumque apprehendit et estimat pro dignitate, uti par est, sic utique eum reveretur, amat et colit: ita S. Bonaventura, Lyranus, Hugo et alii: porro aliter

Dionysius: « Errantes, inquit, corripis partibus, » id est per partes, dum non simul omnes a medio tollis, sed tantum illarum partem aliquam, quæ cæteris statuatur in exemplum. Vatablus pro *de*, id est *ideo*, per diæresin legit *de*, id est per quem, scilicet *spiritum*, id est spiritum, q. d. Per spiritum tuum suaviter corripis et admones eos qui errant et peccant: spiritus tuus suavis causa est et administer moderate pœnæ, qua paulatim castigas impios. Vox *alloqueris* notat internam dei inspirationem et locutionem, qua ipse in animis peccatorum loquitur, et in memoriam reducit, quanta et quam gravia peccata commiserint, quorum ipsi non recordantur, ideoque se posse, et ex justitia debere, eos acriter punire ac perdere pro meritis; sed ex clementia male se moderate castigare, ut respiscant et salventur: quod si id facere negligant, majora, imo æterna, eos manere supplicia, aliaque his similia salubriter inspirat, que eos ad penitentiam movent, qualia amicus amico suggereret, ut ejus bono consulat.

3 et 4. ILLOS ENIM ANTIQVOS INIURIBVS TERRE SANCTE TUE, QUOS EXHORUISTI. — Græce *quinos*, id est odio habens, vel cum odio habuisses: peccant hæc et sequentia a verbo *perdere* voluti, vers. 6. Significat Chananeos incolæ Palaestine ob enormia eorum scelera, a Deo per Josue et Hebræos fuisse ejectos et excisos.

QUONIAM ODBELLIA OPERA TIBI FACIEBANT PER MEDICINAM. — Græce, *diæ expiationis*, id est per veneficia, per que tum venena proprie dicta accipit, q. d. Chananeis veneno homines necabant, uti etiamnum faciunt nonnulli barbari apud ludos, tum incantationes et maleficia, quibus sagi et magi ope demonis incantant, perdunt et occidunt homines, animalia, segetes, etc., q. d. Deus perdidit Chananeos, quia dediti erant veneficis et maleficiis, erantque magi et malefici: hæc enim scelera præ cæteris exosa sunt Deo.

ET SACRIFICIA INJUSTA. — Græce, *ἀνόμοι*, id est non sancta, non pia, sed impia et scelestæ. Est misis: talia sunt, que fiunt diabolo vel idolis in injuriam veri Dei, item que fiunt ex victimis hominum, ut sequitur; aut ex rebus obscenis et impuris, qualia erant sacrificia Veneris, Priapi, Bacchi, etc. *Primo*, pro sacrificia græce est *σάκρα*, que vox *secundo*, significare potest initiationes aut sacra, quibus quis initiatus sit, aut impiis initii, q. d. Chananeis erant sacerdotis sacris imbuti, et alios iisdem initiatis et consecratis.

5 et 6. ET FILIORVM SORORVM NEGATORVS SINE MISERICORDIA, ET COMESTORES VISCERVM HOMOINVM, ET DEVORATORVS SANGVINIS A MADIO SACRAMENTO TVO, ET ACTORES PARENTES ANIMARVM INANXILITARIUM PERDERE VOLVISTI PER MANVS PARENTVM NOSTRORVM. — Pergit recensere scelera Chananeorum, ob que Deus eos disperdidit, *primum* est, quod filios suos necarent sine misericordia, præsertim dum eos immolabant idolis. *Secundum*, quod homines humanumque viscera comederent; per viscera *ergo*

sola exta, sed et carnem omnem intellige, juxta illud Virgiliti:

Et solida imponi taurorum viscera flammis.

unde *visceratio* prisca erat carnis cruda distributio, que fieri solebat in festis solemnibus, vel in funere excellentis personæ; hinc lib. VIII, Livius refert, populo viscerationem datam a M. Flavio in funere matris. Itaque Chananeis turpius in hoc delinquebant, quod viscerationem dabant carnium, non aliarum animalium, sed humanarum, et fortasse filiorum, quos immolabant: quo quid immanius et horribilius? ita a Castro. *Tertium*, quod vorarent sanguinem a medio sacramento tuo, græce, *in pioa pœnitentiæ tuo*, id est interposito iuramento tuo, q. d. Chananeis eum fœderibus, aliisque contractibus et rebus interponere iuramentum, illud sanciebant potu sanguinis humani, uti etiamnum barbari nonnulli faciunt, atque olim fecit Catilina in sua conjuratione contra patriam, puta Romanam, uti asserit Cicero in *Catilin.* Aut potius a medio sacramento, id est sacrificio tuo, q. d. Chananeis cum Deo, qui tu solus es, Domine, sacrificarent homines, quin et filios, sacrificium illud consummabant epulo sive convivio, in quo carne et sanguine humano oblati et sacrificia vescerentur: hæc ergo tollebant de medio sacramento, id est sacrificio, uti etiamnum faciunt Brasili: atque olim gentiles Saturatio filios suos devoranti, humana hostia, imo filios suos immolatis, sacrificasse notissimum est ex Platarcho, Eusebio, Clemente Alexandrino, Cyrillo et aliis; uti et illud, sacrificantes scilicet de sacrificiis suis comedisse. Sane Chananeos, et filiorum exemplo hebræos, filios suos immolasse Moloeh, liquet *IV Reg. xxiii, 10, Psalm. cv, 37. Levit. xvi, 21 et 27*, ubi fusa hæc de re egi. Sensus ergo est, q. d. Non satis erat Chananeis maculare filios per paricidium, sed et eorum maculationem voluerunt litare Deo, eamque placare et venerari per sacrilegium, quod summa erat Dei injuria et blasphemia: hæc enim immolatione significabant Deo placere hæc paricidia, imo perca Deum coli velle, cum hoc diaboli sit proprium, qui non nisi sceleribus pascat et colitur.

Possit quoque devoratio sanguinis non solum humani, sed cujusvis animalis immolati, puta bovini, ovini, caprini, accipi: sanguinem enim quemlibet bibere, nota et causa est crudelitatis; unde Iudeis Deus vetuit esum sanguinis, jussitque sanguinem omnem sibi soli libari et effundi; sanguis ergo Deo debitus erat et sacer, quia anima et vita sita est in sanguine. Sicut ergo anima Deo quasi sacra est, sic et sanguis: vide dicta *Genes. ix, 4, Levit. vii, 26, et Deuter. xii, 23 et seq.* Quare *in medio sacramento tuo* exponi possit, a medio sacra legiti a, q. d. Hi voratores sanguinis, sanguinem tibi ex lege tua sacrum et sanctum, sacrilege sibi surripuerunt et potaverunt: quocirca in Græco elegans et nervosa est anti-

thesis, *θίνας ἀλασας*, id est convivium vel convitiis sanguinis: *θίνας* enim dicitur hoc epulum a *θίς*; et *ἀλας*, quod in festis deorum largius vinum bibere solerent, ait Athenæus, lib. II, q. d. In *θίνας*, id est convivio sacro, fit Dei epulum ex vino: a hoc Chananeorum fiebat ex sanguine; erat ergo convivium non vini sed sanguinis, ideoque erentium, horrendum, ac Deo ingratum et exosum.

Nota, codices græci hic mire variant: primo enim Jansenius legit, *πίνας, ἐπιπίνω θανάτου σου*, id est *mystes et sacerdotes exacerandi cultus tui*, quo scilicet Chananeis te colebant humana victima et sanguine; aut *ἐπιπίνω, πίνας, τε θίνας, σου* (ut habet Aldina editio), sic ut *τε ἐπιπίνω* referatur ad *ἀλασας*, q. d. *Exacerandi sanguinis erant devoratores*; deinde subdatur *πίνας, τε θίνας, σου*, id est et quoque erant *mystæ*, id est occultatores et suppressores, veri cultus tui, quoniam ipsi acceptant a Noë, Abraham, cæterisque patribus, qui olim ibidem verum Deum vera religione colerant. *Secundo*, Petrus Nannius legit, *καὶ ἐπιπίνω θίνας ἀλάσας ἀλάσας θίνας*, id est, et intestina vorare soliti erant, nimirum humanarum carnum epulas; deinde, *καὶ ἀλάσας ἐπιπίνω*, id est, et sanguinem abliguerunt; mox, *πίνας, τε θίνας*, id est et sacrificios sive flammis *θίνας*: est autem *θίνας* proprie chorus bacchantium, sive Menadum, dicitur *θίνας*, ἀπὸ τοῦ θίνα θίνας, id est *divino cantare*; aut *ἀπὸ τοῦ θίνα*, id est *currere*, currebant enim quasi lymphatici; hinc *θίνας* et *πίνας*, id est chorus *ducere, saltare, tripudare*; unde Virgilius, *eclog. V* in Bacchide:

Institui Daphnis thiasos inducere Baccho.

Erat ergo thiasus, saltatio, chorea et pompa, quem Baccho in sacrificio exhibebat; item convivium sacrum et convivium cœtus; unde Clemens Alexandrinus, *op. Protrept.*, thiasum vocat *ἱσσαν*, quem thysum bacchicum; hinc et Romani in editione Græca, in *Notis*, annotant quosdam legere hic, *ἐπιπίνω θίνας, θίνας*, id est *mystas et medio invitatos thiasos*, id est choro bacchantium, sicut legit Cantacuzenus. *Tertio*, alii pro *θίνας, σου* legunt *θίνας, σου*, id est *furorem divinum*, quo agitur fanatici, quem Plato *ἰδωθῶν* vocat; unde Vatablus legit, *πίνας, τε θίνας, σου, vertique, et sacerdotis divini furoris, vel sacerdotis fanaticos*: nam *θίνας* est *numine afflari*, nec competere esse sui; unde *θίνας* est *afflari*, divinatio, convivium. *Quarto*, Vaticanus codex correxit, *ἐπιπίνω θίνας, σου, q. d. E medio sacramento tui, vel arcum divini tui*, ut vox *πρωτόθιας* novata (nam alibi non invenitur, et auctor hujus libri plura alia novata) et conflata sit ex *πίνας, τε θίνας, q. d. arcum divinum*: sic videtur legisse Vulgatus interpres, nisi malis ipsum legisse, *ἐκ μένου πρωτόθιας σου*, id est *ex medio mystico cultu*, id est sacramento, vel sacrificio tuo.

Quare alienum et coactum videtur, quod Lyranus, Hugo, a Castro et nonnulli alii censent, per *sacramentum* accipi Terram Sanctam, eamque vocari *medium*, quia sita erat in medio climatis

terre habitabiles, q. d. Hos omnes idolorum cultores voluisti perdere e medio sacramenti tui, id est e medio terre, in qua tua sacramenta constituisti, arena tua, aut cultum tuum, nempe e medio cultorum istorum: non enim deceat eras, ut in medio tuo impiorum plus populus moreretur, aut inter tot execranda sacra cultus Dei verus exerceatur; unde Complutenses et Regii verba transponunt, sicque legunt, et devotores sanguinis, et auctores parentum inauzilitatum perdere voluisti a medio sacramento tuo, id est a media Terra Sancta. Mm's quoque proposito satisfecit, quod suspicatur poster Lorinus, *parabolas* positum videri pro *parabolas*: *parabolas* autem a Phavorino vocatur *collegium*, *societas* sive *coetus* *vatum*, hancque a Nostro vocari *sacramentum*, quasi *sacriligi* hi Chanaanii fuerint, *ex medio sacramento*, id est sodalitiis sacri Deo, hoc est sacerdotum, qui rite quendam coluissent Deum, sed ab eis decessit ad idola, et deos gentium, eorumque sacra, sacerdotia et fana profana.

ET AUCTORES PARENTES ANIMARUM INAUZILITARUM PERDERE VOLUISTI. — Auctores, scilicet caedis et necis filiorum: hos enim paulo ante vocavit, *filiorum suorum necatores*, idque significat *græcum aditorem*, quod Gaza, Badius, aliique vertunt *aditorem*, id est *enem qui sua manu sibi aut suis manus infert*, et mortem consciscit: sic enim Euripides, *Aeschylus* aliique prisce hanc vocem usurpant, sed posteriore ævo vox *aditorem* usurpata fuit pro *auctore*, imo ab ea derivat nomen *auctor*, hoc Servius in illud lib. XII *Æneid.*: « Auctor ego andendi, » *auctor* derivat ab *augere*; unde *aditorem* est *approbo*, auctoritatem addo, et *aditorem* est *potestas*, auctoritas; et *aditorem*, id est *auctoritas*, idem est, quod cum auctoritate, vel auctoritate certum. Pro *parabolas*, id est *parentes*, *Nabalus* legit *parabolas*, id est *occisores*; sed omnia exemplaria habent *parabolas*; verum tamen est, quod apud Chananæos *parabolas* erant *parabolas*, id est *parentes* erant *filiorum casum*, ideoque non tam parentes, quam *parabolas*. Rursus, pro *aditorem* Cantabruensis legit *aditorem*, id est *solus*, quippe qui vinea nature, inquit, *parabolas* aut *parabolas* esse *obstinere* videntur, quorum erant *aditorem*. Sensus est, q. d. Apud Chananæos ipsiusmet parentes, qui filios suos inauzilitatos, id est quibus nemo alius auxiliabatur (quos enim auxiliaretur filius, quos parentes ipsi sacrificabant, qui in eos tantum jus et potestatem habebant), jure nature, imo jure paterno, maxime tutari, et a neco vindicare debebant, cum et ursi, pardi, ceteraque bestie pro catulis tuendis usque ad mortem depugnent; hi, inquam, illos ipsos filios suos sua manu mactabant et immolabant: ita Romani in suis *Notis*, Jansenius et Nannius, qui pro *aditorem*, id est *inauzilitatum*, legit, *aditorem*, id est *inuatulatum* instar *bovm*, vel *taurorum*. Froles vocant *animas* *synecdochice* et *metonymice*, quia parvuli a parentibus tenere diliguntur, quasi

ipsorum forent animule; ideoque barbari et plusquam feriat sunt, qui eas necant, presentiam inauzilitas et omni ope desolatis. Unus fuit S. Franciscus Xaverius, qui Bernardum Japonicum hospitiis sui in Japone filium a patre pauperem, quod cum alere non posset, nec destinatum eripuit, aluit, instruxit, et in Societatem Jesu admissum, Romam ad S. Ignadium transmissit: his utique Bernardi pater, quod vitam tuam cooperi quam animæ dederit. At quis dabit tuis plures Xaverios?

7. PERDERE VOLUISTI PER MANUS PARENTUM NOSTRORUM (per manus Josue et Judicium, qui enim secuti sunt), ut dignam perirent PEREGRINATIONEM PERBORUM DEI, QUE TUI OMNIBUS CRABRONIS EST TERRA. — Primo, Lyranus per modicam verborum metathesin, id est transpositionem, sic exponit, q. d. Patres nostri, puta Josue et Judicium, expulere Chananæos, ut ipsi locum expulso eorum occuparent, ac perciperent peregrinationem, *græcum aditorem*, id est *coloniam*, *parabolas*, id est *servorum* et *filiorum Dei*, puta *Abraham*, *Isaac* et *Jacob* in terra Chanaan; *quoniam tibi omnia clarior*, id est *charissima est*: in illa enim peregrinasti eam Abraham, Isaac et Jacob; unde eandem *bens* ipsis, id est eorum posteris, promisit, ideoque eandem, expulsi Chananæis, Hebræis per Josue donavit et tradidit. Secundo, q. d. Ideo expulsi impios Chananæos, ut eorum terra, id est terra et regiones, que tibi ceteris erant *chirines*, perciperent novam dignamque se peregrinationem, hoc est peregrinationem et advenam *coloniam*; *coloniam*, inquam, *filiorum Dei*, id est *fidelium* et *piorum* Israelitarum. Hinc sensum exprimit *Græca*, que habent verbum singulare, et *dignam* *reciperet* *coloniam* *filiorum Dei*, *quoniam tibi omnia preclarissima vel honoratissima est terra*: ita vocatur *Judæa* propter Dei electionem et benedictionem, quia Deus eam elegerat, ut in ea coederet sibi templum, in quo habitaret, æque ac Synagoga; sive *coetum* *populi* *fidelis*, a quo ritibus et sacrificiis a se sanctis legitime coleretur; demum, quia in ea nasciturus, predicaturus et mortuus erat Christus, itaque *genus* *hominum* *religiosum*, æque ac B. Virgo, apostoli, ceteraque *patrum* *fidèles*, ob que terram istam *sanctorum* *hominum*, totique *sacrorum* *mysteriorum* *foras*, *maris* *Sancite* vocatur. Quare imperitines est *Hærenus* et *aliorum* interpretatio, qui *perciperent* interpretantur *intelligerent*, q. d. Ut intelligerent Chananæi, æque ac Hebræi, Chananæos indignos esse *habere* terram, utpote impios et idololatras; Hebræos vero illa esse dignos, utpote pios et veros cultores Dei cultores.

8. SED ET HIS (Chananæis impiis) TANQUAM HOMINIBUS PEFERISTI (ut non statim eos perdes et occideres per Josue et Hebræos, sed prius leniter castigasti, quasi admonens eos vocasque ad penitentiam); ET (aditorem) MISISTI ANTICISSIMIS EXERCITIIS TUI VESPAS, UT ILLOS PAULATIM ENTER-

ENTERENT, — q. d. In Chananæos premisisti vespas et crabrones ante adventum Josue et Hebræorum, tum ut Chananæis dares tempus penitentiae; tum ut, si penitere nollent, eos ita attereres, ut helle viæ et occidi possent per succedentes Josue et Hebræos. Has vespas se premisurum Mosi proposuit Deus, *Exod.* xxii, 28: vide ibi dicta. Notat *Hyden* *Oleaster* *Hebraicum* *צפר* *tsira*, id est *vespa* vel *crabro*, derivari: צפר *tsara*, id est *leprosus* *factus*, quod *vespa* hæc cum *lepra* cognationem habuerit, vel in colore, vel in odore, vel potius quod moleste essent leprosis: esseque muscas magno longoque corpore deserta colentes, vario colore, similes leprosis, jumentis infestas, atque ab apibus parum differre. Aut potius, ut alii, quod acerrimè figunt aculeum, eoque ita carnem pungant, ut cum leproso simul efficiant.

linee et hinc vocantur *crabrones*, vel *crabrones*, a *crabro*, id est *caballo*, ait *Isidorus* lib. XII *Etymol.* cap. vii, quod ex *caballi* carne putida nascenter, sicut de *hæris* et *bobus* nascuntur *apes*, de *mulis* *hinc*, de *asinis* *vespa*; unde et *vespa* et *crabro* *crabro* carne vescuntur, teste *Aristotele* et *Plinio*. Scilicet *tamen* *Comment. in Yvannonem*, et ex eo *Abroquandus*, malunt a *crabro*, id est *gracilis* *sum*, *Emio* *dici* *Crabro* et *Crabro*. Sicut *oprobriis* *gracilis* *dianatur* *apud* *veteres* *comicos*; hinc *crabro* *crabro* *græce* *vocatur* *crabro*, quia *gracilis* *sunt* *corpore*, et *circa* *ventrem* *quasi* *in* *tunecum* *contracto*. Adit *Plinius* lib. III, cap. lvi, *crabrones* *comedere* *serpentes* et *viperas*, ideoque *morsum* *eorum* *esse* *venenatos*. Adde, eos *ira* et *furere* *fervere*, æque *homo* *resuante* et *insurro*, quasi *indignantem* *furantem* *significare*, ideoque *maxime* *aulæas* *esse*, *agiles*, *celereres*, *peritaces*, ac *figere* *aculeum* *pestilentissimum*: hinc *adagium*: « Noli tritare crabrones, » novem enim crabrones sufficiunt ut suis aculeis æquum occidant: audi *Plinium*, lib. XI, cap. xxi: « Ictus eorum haud tenere sine febris est. Auctores sunt ter novenis punctis interfici hominem. » Denique crabrones sunt *vespis* *similes*, sed *maiores*, *alati*, *spiculis* *armati*: *Galli* *frælonis* *vocant*, *Belgæ* *horselen*, *Itali* *calamoni*, *Hispani* *tanarros*, *Germani* *horlitis*; *Septuaginta* et *ex* *his* *Sapientis* *hic* *vocat* *crabro*; *Chaldeus*, *Exod.* xxii, 28, nuncupat *parvas* *avicularis*, quos *oculos* *Chananæorum* *impeterent*: crabrones enim *maiores* *apibus*, *similes* *sunt* *parvis* *avibus*. Porro, crabrones *deunt* *Chananæos* *premississe*, *t* *statim* *Josue* *dicens*, *cap. xxiv*, *vers. 12*: « Misisti ante vos crabrones, et eieci eos de locis suis, » etc.

Simili modo S. Jacobus Nisibites, Saporem Persarum regem abegit ab obsidione Nisibis, immissa divinitus in ejus exercitum infinita multitudo culicum et sciniphæ, qui in equorum hominumque oculis, aures, nares, ora involantes, eos pene ad insaniam adigebant, itaque fugere compulerunt, uti narrat Theodoretus in *Philoth.*, sive in *Histor. Patrum*, cap. i. Vide hic rursus,

ut superbiam et ferociam hominum sternat Deus per viles et exiles vespas et crabrones. In Italia, aliisque locis, nonnulli montes sunt inculti et inhabitabiles, ob copiam et insultus vesparum. Cum Amuratus Turcarum rex Albam Græcam oppugnaret, oppidani, teste Bonifacio lib. IV, die 3, preter alia, etiam apum exanxia in Turcas mittebant, ut aculeis peliti graviter angerebant: imo Henrici imperatoris dux, obsessus a Giselberto Lotharingie rege (lego *dux*) irrumpentes equites, objectis apum alvearibus inhibuit, quarum aculeis in furorem ferri equi, sessoris, ut ait Vili-chindus lib. I *West. Saxon.*, vel excrosser, vel ad pugnandum inutiles reddidit. Anno salutis 1312, suspiciis Emmanuel Lusitanie regis, Lupus Bariga in Mauritania oppidum Xiamaliense, quod appellant *Tornu*, impetum fecit, referente Osorio lib. VIII *Rerum Emman.*; hostes cum se in ultimum discrimen adductos cernerent, alvearia apum innumerabilia, quibus abundabant, incensa in motibus dimiserunt; Lusitani et alveariorum flammis ambusti, et apum aculeis stimulati, oppugnationem deserere coacti sunt.

9. NON QUIA IMPOTENS ERAS IN BELLO SUBJICERE IMPIOS JUSTIS, AUT BESTIAS FERVIS, AUT VERMO (male Dionysius legit, bello) DURO SIMUL EXTERMINARE. — Græce, non impotens in instructione acris, vel in acie instructa (Vatilius, *diminutione prelii*) *im* *peris* *manum*, vel *potestatem* *justorum* *tradere*, aut *feris* *truncantibus*, aut *verbo* *severo* *simul* *adtere*, q. i. Immissi in Chananæos vespas, non quod majore in eos vibrare non posses: poteras enim prelio eos conterere, leonibus, pardis, ursis obicere, imo unico verbo, id est nutu et jussu, disperdere et delere. Male Pellicanus pro *verbo*, verit *peste*: licet enim hebraicum דבר *dabar*, id est *verbum*, si alii punctis legas דבר *debet*, significet *pestem*; tamen græcum λέγω *non pestem*, sed *verbum* *duntaxat* *significat*; hic autem liber primitus scriptus est græce, non hebraice. Adde, hic notari facilitatem potentie divine, qua non peste, nec bestias, nec aciebus, sed solo verbo poterat eos annihilare. Idem dicit de *Ægyptiis* per ranas, sciniphæ et locustas a Deo castigatis, cap. præced. vers. 48.

10 et 11. SED PARTIBUS JUDICANS DABAS LOCUM PONTENTILE, NON IGNORANS QUAMEN NEQUAM EST NATIO FORUM, ET NATURALIS MALITIA IPSORUM, ET QUONIAM NON POTERAT MUTARI COGITATIO ILLORUM IN REPENTUM. SEMEN ENIM ERAT MALEDICTUM AB INITIO: SECUTIMENS ALIQUER, VENIAM DABAS PECCATIS MLEORUM, — q. d. Potuit Deus impios Chananæos omnes simul disperdere, sed noluit, ut *parabolas*, id est per partes paulatim (hoc enim est græcum *καταρραβή*) eos *judicans*, id est *penitens* et *castigans* per vespas, daret *eis* *locum*, occasionem et tempus *penitentiae*. Porro, tanta fuit Dei clementia, ut Chananæorum improbitate vinci se non permisit, ut, licet sciret eos ita ingenita sibi perversitate perversaque adole depravatos, æque a sua prima origine impios errores, velut cum *acte*, *susisse*, *non* *de*

domesticis malis exemplis institutisque aluisse, sed et ob duritiam peccandi consuetudinem, sic esse morbum illum in eorum animis confirmatum, ut svari nullo modo propter contumaciam tantam posset; deoque a deo dira execratione damnatum, ut omnem respuerent disciplinam: licet, inquam, hæc omnia probe nosset, amen tanta tuit in eos Dei benignitas, ut noluerit eos illico exterminare, sed per vespas castigare, ac per partes merito supplicia in eos mittere, non quod aliquem timeris, vel alieujus personam respiciens, eis veniam daret; sed ut ostenderet immensam suam in eos clementiam, ac ex parte sua faceret quidquid opus erat, quod eos ad poenitentiam allicere posset.

NEQUAM EST NATIO EORUM. — Græce, *parva q̄na*, id est generatio, origo, prosapia, natales, parentes ac avi eorum, ac similis generationi educatio et institutio: erant enim Chanaanai posterii Cham, ejusque filii Chanaan, quasi corvini corvorum pulli, ac impiorum parentum impij filii; aut generatio vel natio, significat totam Chanaanorum stirpem et gentem, que in Cham et Chanaan progenitoribus fuit corrupta, et in corruptione hæc continue propagata.

ET NATURALIS (græce, *φύσις*, id est *ingenita*, insita, innata) MALITIA IPSORUM. — non quod aliqua natura a Deo creata sit mala, ut calumniantur manichei, et nuper illyricus Lutheranus; sed *naturalis*, tum quia in eam natura hominum, peccato originali depravata, est proclivis et prona; tum quia eam a suis parentibus imberbant, et longa consuetudine, quasi in naturam convertant: ita S. Augustinus, lib. II *De Nuptiis et concup.* cap. viii, qui hinc contra pelagianos probat peccatum originale. Hinc tales dicuntur alienari a Deo, sive peccare a vulva, et errare ab utero, *Psalm.* LVII, 4, quia vix nati dantur se sceleribus, ac prava complexione, et ex villosa educatione parentum, et ex assidua consuetudine peccandi: consuetudo enim est altera natura.

NON POTERAT MUTARI COGITATIO ILLORUM IN PERFECTUM. — Id est, græce, *οὐ μὲν ἀλλάγη*, id est *quod nequaquam mutaretur*, nec facile mutari posset ita radicata, et quasi ingenita improbitas; absolute tamen mutari poterat: cur enim aliqui dedisset eis Deus locum poenitentiae, ut dixit vers. 10, si non poterat mutari et poenitere? Nil ergo habent hic heretici contra liberum arbitrium, aut ii qui censent obduratos et obstinatos in malo carere auxilio sufficienti, ut cor suum emoliant et sensim convertantur, pro rigida hæc sua sententia.

SEMEM ENIM ERAT MALEDICTUM AD INITIO, — non tam in Adam per peccatum originale omnibus posteris ad eum generatum, ut explicat S. Augustinus loco jam citato (sic enim omnes homines in Adam fuere maledicti, cum hic soli Chanaanai vocentur *semen maledictum*), quam in parentibus suis Cham et Chanaan: his enim Noe pat. ab eis irritus, maledixit dicens *Genes.* IX,

23: « Maledictus Chanaan (cum patre suo Cham, qui Noe parentem suum ex temulentia incoacta nudatum illisit) servus servorum erit fratribus suis: » qua maledictione non soli Cham, sed filio ejus Chanaan et Chanaanis ex eo nascituris, ac impietatem et scelera ejus imitatoribus maledixit; vide dicta *Genes.* IX, 25. Hæc maledictio etiamnum durat; unde videmus Æthiopes et Mauros, quos vulgo *Nigras* vocant, qui ex Cham prognati sunt, magna ex parte esse mancipia, esseque obtusiores ingenii, et vilioris præ ceteris servis conditionis.

NEC TIMENS ALIQUEM, VENIAM DABAS, — *q. d.* Solent timidi iudices et principes judicia pervertare vel suspendere, ex timore ne damnatus, ejusque cognati et amici, damnatum damno simili vel majore afficiant; at Deus hæc impunitatem et dilationem poenæ non tribuit Chanaanis, eo quod aliquid timeret vel revereret, cum ipse omnibus sit terribilis et reverendus, juxta illud *Job.* XXII, 4: « Numquid timens arguet te, et veniet tecum in iudicium? » Deus enim non est sicut homo et tyrannus, qui, ut ait Tragicus:

Timet timentes, metus in auctorem redit.

Rursum sic exponas, *q. d.* Tu, Domine, nullus rei timore adduci potuisti, ut Chanaanis veniam dares: quare licet supplicium differes, ut eos ad poenitentiam alliceres, tamen cum eos impunitos et obstinatos vidisti, plene et plane illi eis irrogasti, eosque omnino disperdidisti: hæc sensus verior videtur, illum enim exigunt ea que sequuntur:

12. QUIS ENIM DICIT TIBI: QUID FECISTI? AUT QUIS STABIT CONTRA JUDICIUM TUUM? AUT QUIS IN CONSPPECTU TUO VENIET VINDEX INIQUORUM HOMINUM? AUT QUIS TIBI IMPUTABIT, SI PERIERINT NATIONES, QUAS TU FECISTI. — Probat quod dixit: « Nec times aliquem, veniam dabis peccatis illorum, » scilicet quod Deus nullus timore pepercit Chanaanis, sed ad tempus supplicium distulit, ut poeniterent, quod cum facere nolent, omnino eos delevit per Josue et Hebræos: hæc de causa quatuor rationes et modos timoris assignat, quibus iudices timidi solent iudicium pervertare, ad reis veniam dare; illasque omnes a Deo removet, ut ejus iudicium rectum, forte et incorruptibile ostendat: quia, ut soletur advertit Hobbes, declinant iudices a justitiae rigore, aut propter superiorum iudicium revocationes, aut propter interpositas appellationes, aut propter futuras visitationes, aut propter sequentes persecutiones. Deus est iudex supremus, ut non sit qui cognoscere valeat et revocare sententias ejus, vel ad alium appellare, vel irritare decreta, vel ob poenas, quas de noxiis sumpsert, intendere quid molestum.

QUIS ENIM DICIT TIBI: QUID FECISTI? — Quis quasi te superior rationem factorum a te reproceet? omnes enim et omnia tu fecisti, imo et

ut illo creasti: « Numquid dicit lutum figulo ego: Quid facis? » *Isai.* XLV, 9: quare omnes et omnia dicant oportet cum eodem *Isai.* cap. LXVI, vers. 8: « Et nunc, Domine, pater noster ex tu, nos vero lutum: et fictor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos; » nullus ergo te est superior, sed omnes subditos tibi sese fateantur, planeque subternant oportet.

QUIS STABIT CONTRA JUDICIUM TUUM (græce, *aut quis resistet*, vel *opponet se iudicio tuo*, quo damnaveris vel delveris Chanaanos, ut ab eo ad alium iudicem appellare audeat)? AUT QUIS IN CONSPPECTU TUO VENIET VINDEX INIQUORUM HOMINUM? — Græca hoc membrum sequenti postponunt, sicque illud effortunt: *ὅτι τίς ἐστὶν ἐκείνων* (male Aldina editio habet, *καταρατῶν*, id est *in constitutionem*) *ἐν Διόσκωρ ἑδύκεν* κατὰ δίκων ἀδελφῶν, id est, ut habet editio Romana, *aut quis ad standum contra te veniet vindex pro iniquis hominibus?* minus recte Vatablus, *aut quisnam contra te vindex iniustorum hominum intercedat?* melius Jansenius, *quis veniet tibi in oppositionem et resistantiam, ut vindictam amaret de te pro vis malis, quo impijs indulgeti?* agitur enim hic non de mediatore vel interessore, sed de ullore, defensore et vindice: hic enim vocatur *ἐδύκεν*; unde et Latini *edicti* vocabantur tribuni plebis, qui plebis causam contra vim et injuriam optatum tuebantur pleno jure et potestate, teste Cicero lib. XIII, *epist.* 56, et Budæo in *Pendect.*; at nullus talis *edictus*, nullus tribunus plebis Chanaanis, ceterisque impijs contra Deum dari potest.

AUT QUIS TIBI IMPUTABIT, SI PERIERINT NATIONES, AS TU FECISTI? — Græce, *τίς δὲ ἐπιδοῦναι σε*, id *quis vero accusabit te*, aut *in crimen vocabit*, od perdidit Chanaanos, quorum jure creati: Is plenus summusque vita et necis es dominus; jure vero legislatoris scelerum ipsorum supremus es iudex et vindex: quare si Deus omnes angelos et homines sanctos beatosque, qui in celo sunt, vellet addicere æternis gehennæ tormentis, nullam illis alieve faceret injuriam vel injustitiam, quia faceret creator de creaturis suis, quod fieri non debet, juxta illud, *Rom.* XI, 35: « Quis prior dedit illi, et retribuatur ei? » sed distribuitur: nam, ut ait S. Dionysius cap. viii *De Divin. nomin.*: « Oportet videre in hoc veram Dei esse justitiam, quod omnibus tribuit propria, secundum uniuscujusque existentium dignitatem, et uniuscujusque naturam in proprio salvat ordine et virtute: » idem S. Thomas, I II, *Quæst.* LXI, art. 3: « Fortitudo Dei, inquit, est ejus immutabilitas; justitia vero Dei est observatio legis æternæ in suis operationibus. »

IPSUM QUOQUE, QUI NON DEBET PUNIRI, CONDEMNARE, EXTERUM ESTIMAS A TUA VIRTUTE: — Ha corrigendum legendumque cum Romanis et Grecis; perperam ergo multi codices contrarie habent, *ipsam quoque, qui non debet puniri, condemnare* iudicium, — *q. d.* Nullus enim est te su-

perior, qui te in iudicium vocet: hic enim superior debet esse alius Deus, isque te major, quod fieri nequit. Græce, *non enim est Deus proter te*, qui *curam habes omnium, ut ostendas quod recte judicasti*. Nota, cum ait: « Cui cura est de omnibus, » probat alium nullum esse Deum, ex eo quod nullus alius curam habeat omnium: hæc enim cura soli Deo competit, hic enim solus omnium habet providentiam: quare providentia, sive numen, est de ratione et essentia Dei ac divinitatis; unde qui providentiam Deo admittit, admittit ei quoque divinitatem; hinc Vatablus vertit, *neque enim proter te Deus est alius, qui curam agat omnium, quo te demonstras non injuste judicare*: quia enim Deus summam omnium habet curam et providentiam, hinc impossibile est, ut injuste iudicet, ut scilicet innocentem condemnent et puniat, nocentem vero absolvat et premiet. Hinc colligendum relinquit Deum a nemine posse reprochendi vel injustitiae accusari, quod Chanaanos similesque impios puniat et disperdat, eo quod ipse omnium habeat curam, ac proinde omnium sit pater et provisor, æque ac justissimus iudex et vindex.

14. NEQUE REX, NEQUE TYRANNUS IN CONSPPECTU TUO INQUIRET DE HIS QUOS PERDIDISTI. — Græca significantius habent, *ἀποδοκιμασία*, id est *ea adverso obtineri*, vultum vultui opponere, fixe oculos in alterum intendere, ut ei se opponat vel litem moveat, velut illi iratus et indignans, uti solent in iudicio litigantes se mutuo, ac iudicem, facie obversa torvaque aspiciere et intueri, *q. d.* Nullus rex, sive legitimus, sive illegitimus et tyrannus, audebit te nunquam iudicium ex adverso intueri, ut contra illud se opponat ac rationem exposcat, cur Chanaanos ceterosque impios perdidit et perdas; unde Vatablus vertit, *neque rex aut tyrannus pro iis quos perdidisti*, (hoc enim est *ἐχθρῶν*) *oculos contra te attollere audeat*.

15. CUM ERGO SIS JUSTUS, JUSTE OMNIA DISPONS. — Græce *δίκαιος*, id est *regis, moderaris*; Vatablus, *gubernas*. Notat S. Thomas, I part. *Quæst.* XXI, art. 4, in Deo non esse justitiam commutativam, quia nec potest commutare aliquid cum quoquam, quod prior ipse non dederit, juxta illud, *Rom.* XI, 35: « Quis prior dedit illi, et retribuatur ei? » sed distributivam: nam, ut ait S. Dionysius cap. viii *De Divin. nomin.*: « Oportet videre in hoc veram Dei esse justitiam, quod omnibus tribuit propria, secundum uniuscujusque existentium dignitatem, et uniuscujusque naturam in proprio salvat ordine et virtute: » idem S. Thomas, I II, *Quæst.* LXI, art. 3: « Fortitudo Dei, inquit, est ejus immutabilitas; justitia vero Dei est observatio legis æternæ in suis operationibus. »

IPSUM QUOQUE, QUI NON DEBET PUNIRI, CONDEMNARE, EXTERUM ESTIMAS A TUA VIRTUTE: — Ha corrigendum legendumque cum Romanis et Grecis; perperam ergo multi codices contrarie habent, *ipsam quoque, qui non debet puniri, condemnare*

nas, et exterum estimas a tua virtute, id est potentia, ut habent Græca, vel robore, q. d. Esto sis potentissimus, o Domine, et robustissimus, tamen potentia tua non uteris ad plebendum innocentes, imo eos plectere exterum et alienum estimas a tuo robore: tuum enim robur et potentia est æquissima et iustissima, æque ac benignissima, adeoque omnipotentia tua in re idem est cum tua bonitate et clementia: nam enim homines, ut videantur potentes, innoxios vexant, sed hæc potentia est tyrannica, magnoque animi impotentia; Dei autem potentia vera est potentia, quia vera est æquitas veraque iustitia. Unde Concilium Arausicanum, can. m: « Injustitiam, ait, Deo dare convincitur, qui mortem, quæ est pena peccati, sine peccato (Adæ et originali) quod est meritum mortis, ad nos transire dicit: » *injustitiam* intellige, posita jam lege ac pacto Dei cum Adamo, quo illi ejusque posteris, si in iustitia perseverarent, promisit gratiam, gloriam et vitam æternam: alioqui absolute jure creationis potens Deus Adamum non peccantem, et in iustitia persistentem, cum posteris omnibus morti addidit, ut dixi vers. 12. Porro, sicut alienum est a Dei potentia condemnare innocentem, sic et alienum est a Dei sapientia ignorare innocentem: quicumque ergo ipse condemnat, ille certo nocens est: secus fit apud homines, ubi iudices ob ignorantiam, sæpe per tormenta cogunt innocentem se confiteri nocentes, ac confessos condemnant: quam humane ignorantie miseriam deplorem S. Augustinus, lib. XIX *De Civit. Dei*, cap. xix: « Cui queritur, inquit, utrum sit nocens, cruciatur, et innocens pro incerto scelere hinc certissimas penas: non quia illud commisisse deliquit, sed quia non commisisse nescit; ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. »

Longe durius, imo plane barbarum et tyrannicum est, quod ex hoc loco probare contendit Calvinus lib. III *Instit.*, cap. xxi et sequent., scilicet Deum ante omnem peccatum prævisionem, eos qui damnandi sunt, positive destinasse ad penas gehennæ æternas: hoc enim non Dei foret opus, sed diabolici. Longe secius, Deique immensa bonitate dignius S. Paulus, I *Timoth.* II, 4: « Deus, inquit, omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire: » probat id ex Deo et Christo, dum subdit: « Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, » q. d. Christus pro omnibus hominibus redimendus natus et crucifixus est; ergo vult omnes salvos fieri, quantum ex parte sua. Et S. Augustinus, *epist.* 106, docet Deum ante peccatum neminem reprobare vel damnare, hoc enim esse iniquum: audi eum: « Hæc massa (posteriorum Adæ) si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam; » et inferius: « Quicumque vero immeritur et nulli obnoxio peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. »

Quocirca S. Augustinus, lib. LXXXIII *Quest.* Quest. LIII, expuncto non, sic legit, *cum quocumque debet puniri, condemnans*, etc. sic enim in S. Augustinum restituerunt doctores Lovanienses, cum prius legeretur addito non; verum cum Romanis et Græcis plane legendum est contrarie, *ipsius quocumque, qui non debet puniri, condemnare*,

exterum estimas a tua virtute, id est potentia, ut habent Græca, vel robore, q. d. Esto sis potentissimus, o Domine, et robustissimus, tamen potentia tua non uteris ad plebendum innocentes, imo eos plectere exterum et alienum estimas a tuo robore: tuum enim robur et potentia est æquissima et iustissima, æque ac benignissima, adeoque omnipotentia tua in re idem est cum tua bonitate et clementia: nam enim homines, ut videantur potentes, innoxios vexant, sed hæc potentia est tyrannica, magnoque animi impotentia; Dei autem potentia vera est potentia, quia vera est æquitas veraque iustitia. Unde Concilium Arausicanum, can. m: « Injustitiam, ait, Deo dare convincitur, qui mortem, quæ est pena peccati, sine peccato (Adæ et originali) quod est meritum mortis, ad nos transire dicit: » *injustitiam* intellige, posita jam lege ac pacto Dei cum Adamo, quo illi ejusque posteris, si in iustitia perseverarent, promisit gratiam, gloriam et vitam æternam: alioqui absolute jure creationis potens Deus Adamum non peccantem, et in iustitia persistentem, cum posteris omnibus morti addidit, ut dixi vers. 12. Porro, sicut alienum est a Dei potentia condemnare innocentem, sic et alienum est a Dei sapientia ignorare innocentem: quicumque ergo ipse condemnat, ille certo nocens est: secus fit apud homines, ubi iudices ob ignorantiam, sæpe per tormenta cogunt innocentem se confiteri nocentes, ac confessos condemnant: quam humane ignorantie miseriam deplorem S. Augustinus, lib. XIX *De Civit. Dei*, cap. xix: « Cui queritur, inquit, utrum sit nocens, cruciatur, et innocens pro incerto scelere hinc certissimas penas: non quia illud commisisse deliquit, sed quia non commisisse nescit; ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. »

16. VIRTUS ENIM TUA JUSTITIE INITIUM EST: ET OB NOC QUOD QUICUMQUE DORINUS ES, OMNIBUS TE PARERE FACIS; — sic et Syrus; Arabibus vero, et dominus tua esset in omnibus, ut propitius omnibus. Pro virtute græce est *ἀρετή*, id est vis, robur, fortitudo: quare perperam Iloleol, Hugo et alii, per virtutem accipiunt pietatem et misericordiam; Lyranus vero explicat, q. d. Deus per omnipotentiam suam justificat impium: nam, ut ait S. Augustinus, majus opus est iustificare impium, quam creare celum et terram; verum hæc de re hic non agit: dat enim causam, ex insontem, qui non debet puniri, condemnare, exterum sit a Dei virtute et potentia, quia scilicet in hominibus et animalibus fortitudo sæpe est iustum injustitie et tyrannicis, ut opprimant debiles et pauperes; at in Deo fortitudo est principium, imo principatus (utrumque enim significat græcum ἀρχή) justitie et clementie, ut sequitur. Ratio est prima, quod in Deo potentia juncta mixtaque sit justitie, æquitati et clementie, ita ut una sine altera esse nequeat, sed ubi una est, altera quo-

que adsit oportet; unde una alterius est quasi initium, quia illum secum adducit; in hominibus vero, qui multum habent cupiditatis, et modicum roboris ac potentie, ideoque dominandi et fines imperii extendendi sunt avidi, potentia sæpe excludit justitiam et clementiam, ideoque farina est et tyrannica, et ideoque impotens, invalida, et parum durans.

Secundo, quod potentia in Deo nostro modo comprehendendi, oriatur ex ipsa divinitate, quæ perfectissima est et sanctissima, ac recte rationi, virtuti et legi æternæ summe conformis: quare talis quoque ejus potentia sit oportet, ideoque optima, piissima et æquissima, ac omnis justitie initium et fundamentum. Adde, quod in Deo potentia sit summa et immensa, ut ei nil addi possit, nisi ut cum ostendat et communicet creaturis per æquitatem et beneficentiam: quare ejus fons est, principium et origo; Deus ergo summe beneficus est, quia summe plenus, summeque potens, sicut lumen exundat agrosque fecundat, quia summe plenus est et validum. Hanc rationem dat Sapientia versu sequenti.

Tertio, quia vera potentia est magnanimitas et generosa; magnanimitas autem sunt æqui et clementes, quare summa potentia est summe æqua et clementis, imo est summa æquitas et clementia. Hoc est quod subdit: « Et ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parere facis, » q. d. Tua potestas, summamque omnium dominium te impellit, ut omnibus pareas, et in omnes sis beneficus et clementis, quis, ut ait Glossa interlinearis, « qui præest potentia, mitescit natura; » ut quo major est, eo sit clementior; quæ est virtus hominis principis, nempe ut et dominus sit subditorum et pater, sicut Christus dixit *Matth.* xi, 28: « Confiat tibi, Pater, Domine cœli et terræ: » nam potentiam domini libere opprimere potentis, patris affectus frenat ac temperat; unde prisicos Romanos quasi lenitos, tum robore, tum clementia laudat S. Augustinus, lib. V *De Civit. Dei* cap. xii, quorum hoc erat axioma, teste Virgilio, VI *Æneid.*:

Parere subjectis, et debellare superbis.

Vile Seneca lib. *De Clementia*, ubi vocem Neronis initio regni extollit, qua cum subscriberet seculumque rei capite plectendi, exclamavit: « Utinam necirem literas. » Vera ergo potentia debet nisi iustitia, ut dicitur, juxta illud *Proverb.* xvi, 12: « Iustitia firmatur solum. » Potentia igitur carens justitia, impotentia est citoque perit, ut patet in tyrannis: vix dicta cap. præcedenti vers. 24, ad illa: « Misereris omnium, quia omnia potes. »

Moraliter, discant a Deo pugnares et duellatores, qui quod viribus et arte digladiandi polleant, obvios quoslibet provocant ad duellum, vires suas meriti æquitate et justitia, ne leones et tigrides potius esse videantur, quam homines: ligridæ enim jus suum metuntur robore. Quocirca justo Dei iudicio provocantes ad duellum, sæpe

in duello succumbunt et vincuntur ab infirmioribus. Provocati vero ad duellum respondent, quod Augustus Cæsar Antonio ad id provocanti respondit: « Antonio si perire velit, sat multas ad interitum esse vias: » ita Plutarchus in *Antonio*.

17. VIRTUTEM (ἀρετή, id est robur, potentiam) ENIM OSTENDIS TU, QUI NON CREDERIS ESSE IN VIRTUTE (ἀρετή, id est potentia) CONSUMMATIS, ET HOMINUM QUI TE NESCIUNT, ADECIAM TRADUCIS, — q. d. Vires tuas et robur, o Domine, ostendis et exeris in eos qui non credunt te esse in potentia consummatum, esseque omnipotentem, quales fuere infideles impique Sodomites, Egyptii, Chananæi, qui tuum brachium irritare, teque quasi ad duellum provocare ausi sunt; unde eorum audacem temeritatem traducis, punis et castigas: nam, ut paulo ante dixi, vera fortitudo est, « parere subjectis, et debellare superbis, » ut illi scilicet coacti tuum robur et manum omnipotentem agnoscant, colant et reverentur. Unde Syrus et Arabibus vertunt, et tu dominator omnium, virtutes demonstrasti, et non crediderunt: tantummodo virtutibus consummationis eos quos agnoscis, poterit redarguis.

ET HOMINUM, QUI TE NESCIUNT, ADECIAM TRADUCIS. — Complutensis, Regii alique codices habent, et hos qui te nesciunt, in audacia traducis, græce, ἀδύνατος, id est argutus, punis, castigas; Lyranus, Hugo et alii legunt, in audaciam traducis, q. d. Infideles, qui te nesciunt, sinis audacem fieri, et in audacia obfirmas, ut in aduersos tuos seclere in alud corrumpat. Verum traducis idem est quod corripis et flagellas, ut jam dixi. Græca contrarie habent, et in scientibus audaciam redarguis; unde et S. Augustinus, lib. LXXXIII *Quest.* Quest. LIII, legit, sed in iis qui sciunt, audaciam traducis; Vatablus, et contumacia præditos redarguis; Syrus et Arabibus, eos quos agnoscis, poterit redarguis. Verum in Græco excidisse videtur negatio *πῶ*, id est non, quam legit Noster, ideoque veritas, qui te nesciunt, id est nesciunt. Utraque tamen lectio conciliari potest: impii enim sciunt Deum Deique potentiam speculative, at non practice, quia eam non satis sunt experiti, ideoque non timeant, non reverentur: quare Deus eorum hæc audaciam traducit, id est acriter corripit et plectit, ut eam timeant, ut de philosophis, « qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, » docet Apostolus, *Rom.* I, 21, ubi nota, Deum maxime solare in audaces et insolentes savire, quales fuere Pharaos, Egyptii et Chananæi, ut eorum superbiam, insolentiam et audaciam retardat et frangat, faciatque humiles, modestos et sibi reverentur subditos; unde aliqui quod est in Græco, *ὅτι* aut audaciam, expunxerunt, eos qui sunt audaces et plectis.

18. TU AUTEM DOMINATOR VIRTUTIS, CUM TERRE QUALITATE JUDICAS, ET CUM MAGNA REVERENTIA DISPONIS NOS: SUBEST ENIM TIBI, CUM VOLUERIS, POSSE. — Deus dicitur dominator virtutis, hoc est,

primo, qui dominatur suae potentiae, ut vertit Vatablus, «que ad animo, ac sua ira et zeli sapientissimus est moderator: unde graece est, *δυναστεύων*, id est dominans robori aut potentiae. Secundo, per hebraismum, *q. d. Dominator potentissime et robustissime*. S. Augustinus loco citato legit, *tu autem Dominus virtutum*, id est, exercituum, qui sollicit angelis, codis, clementis, omnibusque creaturis dominaris, easque cum vis in aciem contra hostes tuos educis: tu enim sub tua potestate omnem aliorum potentiam contines, ne limites excedat colubis, ac pro libito laxas et remittis. Sensus est, *q. d. Etsi quandoque potentiam tuam in eos qui eam non credunt, exeras, ut te dominatorem virtutis, id est potentissimum, ostendas, tamen id facis non ex passione irae, sed cum tranquillitate animi iustitiae studiosi, ideoque cum magna reverentia*, id est moderatione, velut reveritis nos, disponis et gubernas nos, ut omnes intelligant non te juxta potentiam et iram, sed juxta aequitatem et clementiam punire peccatores, si enim juxta potentiam eos plecteres, illico omnes perderes et annihilares: «subest *μακρῶν*, id est *alister* enim tibi, cum volueris, posse, » ut quidquid velis, possis et opere perficias, potentia enim tua adequatur tuae voluntati; unde tanta est, quanta est voluntas tua.

CUM TRANQUILLITATE (Arabicus, cum simplicitate) JUDICAS. — Graece, *ἐν ἡσυχίᾳ*, id est in epikrasi, cum mansuetudine et aequitate, non pro potestate, vel ira; cum moderatione et temperamento, non pro rigore iustitiae, quia dum peccatores punis, non exeris omnes tuas vires, nec indulges irae, nec scelera pro gravitate et merito castigas; seu iustitiam clementia temperas, punisque citra condignum, ideoque «cum tranquillitate iudicas, » ut solenter verit Noster. Licet ergo Deus sit zelator iustitiae, tamen zelus hic, qui in nobis perturbationem affert, in Deo summam habet pacem et tranquillitatem ob ejus eminentem, tum sanctitatem, tum omnipotentiam: a subest enim tibi, cum volueris, posse. »

ET CUM MAGNA REVERENTIA DISPONIS NOS. — Primo, Dionysius reverentiam non hominum, sed Dei accipit, *q. d. Deus magnifice gubernat, uti deceat ejus majestatem omni reverentia dignam; secundo, Salvanus, lib. II De Providentia, reverentiam hominum accipit, q. d. Deus respicit culmen dignitatis humanae, illudque honore prosequitur et quasi reveretur. Verum dico, graece est *μακρῶν*, quod, id est *cum multa paritate*, parendi studio, parantonia, indulgentia, venia, misericordia gubernas nos, parcens culpa et poenae, si non in te, certo magna ex parte, perinde ac si nos revereris. Est cataphorsis: sic parens cum castigat filium tenere dilectum, reverenter id facit et coactus; unde manus ei tremunt, ac post verbera eas retrahit et cohibet: sic paedagogus, qui regis filium regni haerodem flagellat, cum tranquillitate et reverentia id facit, ut mu-*

neri sibi a patre rego injuncto satisfaciat: sic et tu, Domine, quasi reverenter nos punis, quia ut filios tuos aspicias, et «in virga virorum» (hebraice *מַצְוֵת אַנְשִׁים*, id est *infirmorum*, debiliun, id est debili et languida castigatione) arguis, atque in plagis filiorum hominum, «II Reg. vii, 14; et sicut, qui lavat purgatque vitrum, caute id facit, ne vitrum rei cuiusdam illidat et frangat, et sicut figurat delicate tractat purgatque vasa lutea, ne ea rumpat: sic et Deus caute nos tribulationibus sola fricat, ut sordes deficiat, non ut corpus luteum rumpat, ita Cantacuzenus. Hinc Syrus vertit, et cum omni pietate vel benignitate gubernas nos; Arabicus, *multa pietate moderaris nos*. Reverentia ergo, ut verit Noster, est pietas, benignitas, moderatio, indulgentia, ut notant Romani in notis ad Graecam versionem.

SUBEST ENIM TIBI, CUM VOLUERIS, POSSE; — Arabicus, et cum volueris, potentia apud te est; Syrus, si volueris, parata est virtus; Vatablus, nempe tibi cum vis, potentia praeest, *q. d. Non castigas illico scelera, nec condigne pro meritis, quia id potes quando et quomodo vis: cum enim volueris, nullus effugiet tuas vires et manus*. Notat S. Bonaventura potentiam praecedere voluntatem, dici hic tamen vice versa, *subest tibi, cum volueris, posse*, quia licet potentia praecedat in essendo, voluntas tamen praestit in agendo, quia applicat potentiam ad agendum: Deo enim tam facile est posse, quam velle. Rursum haec omnipotentia in Deo est ratio, quare zelo vindictae, dum scelera castigat, non perturbetur, sed cum tranquillitate iudicet et puniat: «subest enim tibi, cum volueris, posse, » *q. d. Ideo non turbaris, si adversum te aut adversus tuos aliqui insurgant; sed quod congruit, hominum audacias tranquillissimos expectas; cum autem tempus est obsistendi, et medellam tuis afferendi, et iniquos puniendi, ita restis et punis exterius, ut in summa pace maneat, et interius, nullo motu, a quo longissime abes, indignationis effervescentia. Catellus adversus leonem oblatrat, hic vero quielens transit, quia prorens nullum malum ab eo sibi inferri timet; ac cum oportet manum levare, et quasi nihil agens illum disceperit: sic universi hostes tui et serorum tuorum, nullius momenti catelli sunt, quos velut irridens, eos absque ulla perturbatione percipis: respicis terram, et facis eam tremere; tangis montes, et fumigant; et per Jeremiam ait: «Numquid me ad iracundiam provocant? » *q. d. Non, «sed semetipsum in confusione vultus sui, » Jerem. vii, 19: ita noster Alvarez de Paz, tom. III, contemplet. 29, De pace Dei.**

Moraliter, discant hic a Deo principes, iudices, superiores modum regendi, iudicandi, puniendi: si enim Deus cum tranquillitate iudicat, et cum magna reverentia disponit nos, cum quanta homines, qui ejusdem naturae et conditionis sunt, cum subdilis et reis idipsum facere par est? ut subdit Sapiens: quare graviter errant, qui ex

imo in summum honoris gradum evecti insolent, ac superbi insolenter potestate sua ad aliorum perniciem utuntur et abutuntur, quo fit, ut omnium odia, ac non raro ruinae, imo nec sibi adsusciant. Audiant Ausonium, *Exhort. ad modestiam*:

Fortunam reverenter habe, quicumque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Præclare S. Augustinus, lib. I Confess. cap. IV, Deum principem, iudicem et vindicem ita pingit: «Amas, nec astuas; zelas, et securus es; ponit te, et non doles; irasceris, et tranquillus es. » Homo ergo cum sit imago Dei, debet esse et imitatio Dei, ut ejus sanctitatem, beneficentiam et perfectionem imitetur, juxta illud *Matth. v, 48*: «Estote vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perficitur etc.» et illud *1. Cor. xviii, 23*: «Serve nequam, etc., nonne oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui miserus sum?» S. Augustinus in *Psalm. cxi*, Deum ita loquentem inducit: «Non mihi placeat peccata, sed longanimitate quero recte facta. Si punirem peccatores, non invenirem confessores.»

Hoc sapiebat Theodosius Junior imperator, qui rogatus, cur eos a quibus laedebatur, supplicio cogitis non mulcetur? «Utinam, inquit, mihi liceret et mortuos ad vitam revocare.» Rodolphus imperator, cum post mortem mutationem clementior suis fuisset, quam ab initio imperii, oburgatus ob id: «Severum, inquit, et immitte fuisse me aliquando penituit, lenem et placabilem nunquam: » ita Aeneas Sylvius, lib. II *Comment. de gestis Alfonsi*. Alfonsus Aragonum rex cum argueretur aliquando, quod nimis mitis ac lenis esset erga suos, ut qui nonnunquam eliam us, qui vel graviter in ipsum deliquissent, ignosceret: «Malo, inquit, multos mea clementia servare, quam paucos mea severitate perdere: hominis sane clementia est, belluarum autem feritas: quare principem in privatis injuriis facilem ad ignoscendum; in his autem, que laedunt rempublicam, severum esse oportere, ita tamen ut non hominem, sed crimen ipsum insectari et punire videatur: » ita Panormitanus, lib. II *De Gestis Alphonsi*, qui et lib. III, has ejus caelestes voces recenset: «Per iustitiam bonis gratus sum, per clementiam malis: nihil enim ita adversariorum animos fecit, quam lenitas et placabilitas nomen.» B. Franciscus Borja dux Gandiae, et vice Rex Cataloniae, cum ex officio sotes plectere cogerebatur, illacrymabat, ac ut pie morerentur satagebat: pro plectorum animabus vero triginta missarum sacrificia in singula capita offerri curabat: idem factus Societatis Jesu generalis, delinquentium penas magna ex parte in se recipiebat, et cruciatu corporis sui excipiebat.

Idem a Salomone didicere philosophi; quorum axiomata refert Antonius in *Metissa*, Plutarchus in *Apophth.* et alii, ut Demonactis: «Non esse

irascendum hominibus, sed vitis: nam hominis est peccare, Dei vero ut hominis Deo proximi peccata emendare; » Antigoni regis Macedoniae: «Clementia plus potest, quam violentia.» Cato senior admonebat eos qui potentes essent, ut parcer uterentur sua potestate, quo semper uti possent, sentiens clementia et comitate potentiam fieri diuturnam, ferocia brevem. Cum Caesar rerum potius, Pompeii status dejectas honorifice reposuisset: «Caesar, inquit Cicero, dum Pompeii status reponit, suis stabilit, » sentiens illum hoc non in Pompeii gratiam facere, sed ut sibi clementiae simulatione favorem apud divos conciliaret, atque hoc pacto suum regnum constabileret. Plutarchus in *Roman. Apophth.*: Trajanus imperator, inquit, cum a suis nimis lenitatis argueretur: «Talem se imperatorem esse privatis, respondit, quales sibi esse imperator privatos optaret: » ejus successor Adrianus: «Principibus, inquit, in privatis offensis debet esse satis, potuisse ulcisci.» Alexander Severus imperator, cum ejus improbant humanitatem et clementiam Mammea mater, uxorque Memmia, sepe dicerent: «Molliorem tibi potestatem et contemptibilem imperii fecisti, » respondit: «Sed securiorem et diuturniorem: » ita *Vita Caesar. Thyrraeum* Pittaci filium Cumis quendam avarius impacta securi occidit; Cumani homicidam victum miserunt ad Pittacum, ut de eo supplicium sumerent; at ille cognita causa dimisit hominem, dicens: «Ignoscimus esse potorem poenitentia, » sentiens utilius esse condonare, quam meminisse injuriae et ulcisci. Sunt qui referant homicidam ab Alceo fuisse dimissum, cum hoc elogiis, «Melius est ignoscere, quam punire: » ita *Lactius*, lib. I.

Porro eadem pax et tranquillitas non in sola punitione, sed in omnibus actionibus adhibenda est, praesertim ubi multae occupationes hominis animum distrahunt et perturbant: tunc enim viri sapientes et spirituales omnem spem in Deo delegentes, omnia ordinate, quiesce et tranquille peragunt: audi S. Gregorium *XVIII Moral. xxv*, vel juxta aliam edit. cap. *xxix*, explicans enim illud *Job xxviii: Et mare, non est mecum: »* Cum occupationibus, inquit, extrinsecus perstreperunt, intrinsecus in amore pacatissima quies tenetur; atque occupationem tumultus exterioris perstreperantis, dispensat interius praesidens juxta ratio, et tranquillo moderamine, ea que circa se sunt minus tranquilla, disponit: sicut enim vigor mentis frenandis praestit motibus carnis, *non* sepe super impositos tumultus occupationis bene regit amor quietis, quia exteriores cura, si perverso amore non appetuntur, non confuso, sed ordinato animo ministrari queunt. »

10. DOCUMENTI AUTEM POPULUM TUUM PER TALIA OPERA, QUONIAM OPORTET JUSTUM ESSERE ET HUMANUM, ET BONAE SPEI PECISTI FILIOS TUOS: QUONIAM JUDICANS DAS LOCUM IN PECCATIS POENITENTIAE, — *q. d.*

Tuo hoc, Domine, clementie in Aegyptios et Chananeos exemplo docuisti fideles tuos, iustitiam miscere humanitati et beneficentiam; item spem eis dedisti venie, ut, cum peccarent, si de peccatis vere poenitent, iterum eos sis in gratiam recepturus: hanc enim uti Chananeis obtulisti, ita multo magis servis et filiis tuis offers, quia tu, Domine, es pater misericordiarum, et Deus totius consolatōis, II Corinth. I, 3.

OPORTET IUSTUM ESSE ET HUMANUM. — Tō et non copulat, sed auget, valedique etiam, quippe: nam græcè est δὲ τὸ δίκαιον ἕως φιλανθρωπίας, id est, dicit eum, qui iustus est, esse quoque humanum, imo philanθρωπον: iustitia enim humana est; quæ vero inhumana et sæva est, potius crudelitas et sævitia est, quam iustitia; hinc summum ius, summa est injuria. « Noli esse iustus multum, » ait Ecclesiastes, cap. vii, vers. 17. « Misericors, et miserator, et iustus Dominus, » Psalm. cxi, 4. « Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt, » Psalm. lxxxiv, 11. Debet ergo iustitia misceri benignitate, et neque nimia severitate subditos exacerbet, neque nimia lenitate et laxitate disciplinam solvat, uti docet S. Gregorius, lib. XX Moral. cap. viii.

BONA SPERE (bene sperare) PECCATI FILIOS TUOS; — græcè, εὐδοκῆσαι ἐν τῷ κατὰ, id est bene sperantes effudit, quantum das in peccatis penitentibus; Vatablus, bona spe filios tuos inibus, qui locum concedis penitentie peccatorum: filios vocat Hebræos, quia fideles et veri Dei cultores, ac vocatos ad Dei hereditatem, puta ad ejus gratiam et gloriam: « quoniam iudicans, » id est puniens, « das locum in peccatis penitentia, » q. d. Ita punis, imo ideo punis, ut peccantes moveas ad penitentiam: quia te magnam nobis das spem venie, ut, si peccamus, de ea non desperemus, sed poeniteamus, et confidenter tuam indulgentiam imploremus, ita S. Bonaventura; aut simpliciter, q. d. Cum iudicas, id est sententiam fers in aliquem, cumque ob peccata ad meritam penam condennas, non illico illam executioni mandas, penamque ei decretam infligis, sed longanimitas eum differs, ut reus ius damnatus poeniteat, penamque poenitens et supplex evadat: ita a Castro.

20 et 21. SI ENIM INIMICOS SERVORUM TEORUM, ET DEBITOS MORI, CUM TANTA CRUCIATI ATTENTIONE, DANS TEMPS ET LOQUE, PER QUE POSSENT MUTARI A MALITIA: CUM QUANTA DILIGENTIA JUDICASTI FILIOS TUOS, QUORUM PARENTIBUS JURAMENTA ET CONVENTIONES DEDISTI BONARUM PROMISSIONUM? — Est argumentum a minori ad majus, aut potius a minus verisimili ad magis verisimile, q. d. Si Chananeos hostes servorum tuorum, puta Hebræorum, « debitos mori, » id est morti obnoxios, mortis reos, morti addictos, ob suas scelorum culpas et debitas, cum tanta cruciasti « attentione, » græcè, ἐπιμελῆς, id est circumspicione, cautione, moderatione, provida cura et attentione, ne modum excederes in puniendo, alique modicas eis penas

etque sensim indigeres, que non tam læderent eos, quam provocarent ad penitentiam, itaque tam mentem a malitia, quam corpus a plagis liberarent, ac sanitati restituerent: « cum quanta diligentia, (græcè, ἀκρίβειαν, id est sollicita, exacta, exquisita consideratione, animadversione, cautione, cura et studio; unde Vatablus verit, sollicitudine; alii verunt, tenacitate et parcitate, sic enim tenaces et parcos vocamus sollicitos, et attentos, ad rem) judicasti, (id est verit, ut verit Vatablus, gubernasti, item peccantes castigasti, punivisti) filios tuos (fideles Hebræos) quorum parentibus (Abraham, Isaac et Jacob) juramenta, et conventiones dedisti bonarum promissionum, » id est promisti et pactus es cum juramento, te posteris eorum daturum Terram promissam lacte et melle manantem, omnemque tuam benedictionem? Id fecisse Deum patet ex historia Exod., Numer. et Deuter.; unde Vatablus verit, quanta sollicitudine veritisti filios tuos, quorum patribus bonas promissiones juravero pationibusque firmasti?

Ad attentione, Græci Vaticani addunt δεικναι, id est demonstratio, et, ut nonnulli Latini eodius legunt, oblatione, item parvonia et indignia, quasi Deus ex nimia clementia indigeret carereque supplicia, quibus eos afficeret: quo figurate significatur Deum ultum se de Chananeis cum tanta attentione, quantum diximus, et cum tanta oblatione, petendo ab illis, et obstando, nisi sibi consulere, tandem perituros; et cum tanta parvonia, moderatione, indignia, ac si Deus illis indigeret, ac propterea nollet eos perdere: quod ostendit summam Dei nostri sustinentiam ac clementiam. Est catachresis et charientismus; hinc illud Apostoli II Corinth. v, 10: « Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. » Vide et obstepere dignationem, demissionem et clementiam Dei nostri, qui quasi injuriam fecerit, non accepit, obsecrat peccatores, ut ad se salutem suam redire vellet.

22. CUM ERGO DAS NOBIS DISCIPLINAM, INIMICOS NOSTROS MULTIPLICITER FLAGELLAS, ET BONITATEM TUAM COGITEMUS JUDICANTES: ET CUM DE NOBIS JUDICATUR, SPEREMUS MISERICORDIAM TUAM, — q. d. Cum tu, Domine, peccantes velut pueros (hoc enim est παιδιον) tuos virga disciplinae castigas, ut emendes, tunc nostros inimicos, quales fuerit Chananeis, ceteraque gentes idololatras, malis magisque supplicis flagellas, ut cogitemus, et iudicantes discernamus, quanta sis bonitas tua in nos, ac servitia tua in hostes nostros idololatras; eaque de causa cum rursus peccantes a te iudicamur, id est corrigimur et castigamur, speremus similem a te clementiam et misericordiam, ideoque tibi nos humiliter corde contrito subdamus, ac constanter adhareamus, nec ad idola deesque gentium declinemus: si enim id fecerimus, cum ipsis longe gravius a te flagellabimur.

hec enim eo spectant, ut Dei cultum, et idololatram ac gentium idololatram odium in Hebræis, ad idola proclivibus, stabilis, ut patet ex sequent.

MULTIPLICITER; — græcè, ἐκ πολλῶν, id est in multis modis, in myriadibus: πόσα enim sunt decem milia; unde myrias significat innumeram et quasi infinitam multitudinem. Dices, quomodo ergo superius laudavit Dei clementiam, quod Chananeos paucis modicisque plagis castigaret? Respondeo, initio fuere illa pauca et modica, ut invitaret eos ad penitentiam; at, ubi illi impenitentes in suis sceleribus se obfirmarunt, Deus plagas plagis addidit sine fine donec eos contereret.

UT BONITATEM TUAM COGITEMUS JUDICANTES. — Primo, pro cogitemus, græcè est προνοέω, id est simus solliciti, ne scilicet bonitatem tuam gravius offendamus, et ab ea excidamus, itaque pro bonitate iram et severitatem tuam cum impiis Chananeis incurramus; sed eam iusto rationis veritatisque iudicio judicantes, appendentes et testimonia, eidem firmiter agglutinamus, ut, cum iterum ob delicta quepiam a te iudicati, id est puniti fuerimus, « speremus; (græcè, ἐσπεύμεν, uti patet in nos misericordiam tuam, » ad eamque confidenter recurramus, ut illam implorantes delictorum veniam et gratiam consequamur: hic maxime geniuus et simplicissimus est sensus. Huc pertinet expositio Cantacuzeni, q. d. Ut cogitemus iudicantes, id est ut assidue meditantibus bonitatem Dei iudicemus nos ipsi, ac prudenter restimemus quot quantaque simus a Deo bona consecuti; et Dionysius, q. d. Ut prudenter discernamus correctionem nostram a reproborum perditione; quare flagella Dei in piis generant spem, in impiis desperationem. Secundo tamen, apposite Nannius, Jansenius, Vatablus, a Castro et alii sic exponunt, q. d. Ideo nos leviter ut pueros virga disciplinae iudicas, id est punis et castigas, ut nos pariter iudicantes, id est cum iudicia exerceamus, alioque iudicamus et castigamus, huius tunc lenitatis et bonitatis simus memores, eamque imitemur, ac severitatem lenitate temperamus, nec rigidi simus reorum censores et iudices, sed benigni correctores: sic enim vicissim a te vel ab aliis iudicati, id est censi, reprehensi, puniti, moderationem et misericordiam tuam nobis sperare poterimus, juxta illud Christi, Matth. cap. vii, 7: « Nolite iudicare (severe et rigide), et non iudicabimini: in quo enim iudicio iudicaveris, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, remetiet vobis. » Hinc accedunt S. Bonaventura, Tyranus et Illego, qui censent nos hinc moneri docerique, ut, cum alios iudicamus et punimus, faciamus hoc modeste, sicut Deus modeste nos punivit, et punit, juxta illud Apostoli Ephes. iv, 32: « Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis, » id est, condonavit omnia peccata per merita et gratiam Christi.

23. UNDE ET ILLIS, QUI IN VITA SUA INSENSATE ET IMPULSIVE VIXERUNT, PER HEC QUE COLUERUNT, DEBISTI SEMPER TORQUENTA; — græcè, quomodo eos, qui in insipientia alio vixerunt injuste, per proprias cruciasti, vel torsisti, abominations, id est per res abominandas, quas scilicet ipsi coluerunt ut deos; Vatablus, quocirca et injustos in stulticia vita versatos homines, per suas ipsorum impunitas cruciasti, q. d. Chananeos impios acriter torsisti per viles bestiolas, puta vespas et crabrones, quas vel quarum similes ipsi pro diis coluerant, itaque namina reorum vertisti eis in supplicia et fulmina. Notum est in Scripturis abominations vocari idola et idololatram, utpote res summe abominandas et execrandas: rebit enim ad ostendendum atrocem penas, quas Deus idololatras affligit ob nefas idololatricæ, quod proinde sepe cap. ii, vers. 46, dixit Aegyptios punios per serpentes, quos coluerunt ut deos, « ut scirent, quis per quos peccat quis, per hec et torquetur. »

24. ET ENIM IN ERRORIS VIA DUTIOS ERRABUNT, DEOS ASTUTIANES HEC QUE IN ANIMALIBUS SUNT SUPERVACUA, INFANTUM INSENSATORUM VORAE VIVENTES; — græcè, φελόνια, id est decepti, ludificati more infantium. Perperam pro animalibus Complutensens legunt, animalibus, et alii, manibus, q. d. Chananeis ligens idola manibus resecta, coluerunt: græcè enim est τῶν, id est animalibus. Sensus est, q. d. Chananeis per idola errando et vagando, eo amantia progressi sunt, ut « animalia supervacua » (græcè, τὸν ὑπερβῶν ἀνίμα, id est hostium vitia, hoc est apud hostes vilia et infamia, tum quia hostilia, tum quia in se vilia et spurca) velut numina adorarint, quasi infantissimi et stolidissimi pueri, qui cum araneis, vespis, apibus, vili foribus, aliisque bestis vilibus et mortiferis ludunt, ideoque ab eis punguntur, et subinde necantur. Sic enim Chananeis coluere Beelzebub, id est deum muscum (habebat enim caput musce) crocodillos, liones, cynocephalos, et canes, qui homines mordent, lacerant, necant, vorant, ideoque ea vocavit ἕρπες, id est hostilia et ἀνίμα, id est vitia, inhonora, feda, infamia.

Nota, græcè est, τῶν ἀνίμα δὲν μακρότερον ἐπιλαβήσων, id est, longius errarunt, quam erant erroris vias, hoc est, longius, ipse etiam erroris vias egressi, errarunt quam videbatur fieri posse, ut homo erraret. Est hyperbole: sic ait Virgilius VI Aeneid.:

Extra anni solisque vias, ubi orbes Atlas Azem humero torquet, stellis ardentibus aptum.

Sic valde stultum vocamus stultorem ipsa stultitia, valde sapientem, sapienterem ipsa sapientia, per hyperbole: ita Jansenius, a Castro et alii. Verum Noster, eque ac Nannius, Vatablus et alii, subaudiendo propositionem xxvii, vel tri simplicius vertunt, in erroris via duntius erraverit

25. PROPTER TUNC TANQUAM PUEBIS INSENSATIS JU

CUM IN DERISUM DEDISTI. — Græce, propter hoc velut pueris ratione carentibus iudicium, sive panam, in ludibrium misisti. In Græco est pulchra paronomasia: *παῖς* enim, id est puer, dicitur quasi *παῖς*, id est ludens: *παῖς* est *ἴλλο*, ludiflo; *παῖς* *παῖς* (que vox hic in græco est), *ludificatio*; *παῖς* *παῖς*, *ludificamentum* quo alicui illudimus, *g. d.* Quia Chananeus velut pueri, pueriles res et bestialas pro diis coluerunt, hinc eosdem quasi pueros per easdem, puta per vespas et crabrones, quasi puerilibus et ridiculis pœnis, sed acerbis, castigasti et quasi ludificasti.

26. QUI AUTEM LUDIBRIS ET INCREPATIONIBUS (id est ludibris increpationis, ut habent græca: est hendyadis) NON SUNT CORRECTI (græce, *οὐκ ἐκτρέφθησαν*, id est non sunt admoniti, non sunt hæc admonitione emendati) DIGNUM DEI IUDICIUM EXPERTI SUNT. — Græce, *ἐμπειροί*, id est experti sunt: loquitur enim de Chananeis præteritis, *g. d.* Chananeus, qui ludicris vesparum pœnis non sunt emendati, h durum iudicium, id est supplicium, subierunt, cum a Josue et Hebræis funditus sunt excisi, et ad interfectionem delati. Pro *ludibris*, græce est *παῖς*; *παῖς* autem est *ludicrum*, *lusus*, *ludibrium*, uti sunt *avicule*, *apes*, *muscæ*, *ranæ*, quibus ludunt pueri: iisdem enim quasi ridiculis et puerilibus nugis, Deus castigavit Ægyptios et Chananeos. His opponit *dignum Dei iudicium*, id est serium graveque supplicium mortis et exterminii totius gentis Chananeorum, quo Deus toti mundo suam in puniendo omnipotentiam, æque ac iustam iram et vindictam ostendit.

27. IN QUIBUS ENIM PATIENTES INDIGNABANTUR multi codices addunt, imo præponunt, in his enim que patiebantur, moleste ferebant, que verba videntur addita ex alia versione; unde Romani ea delecti, idem enim dicunt et repetunt) PER HEC QUOS PUTABANT DEOS, IN IPSIS CUM EXTERMINARENTUR VIBENTES ILLUM, QUEM OLIM NEGABANT SE FOSSE, VERUM DEUM AGNOVERUNT: PROPTER QUOD ET FINIS CONDEMNATIONIS EORUM VENIT SUPER ILLOS, — *g. d.* Chananeus, cum paterentur acres mor-

sus vesparum et villum oestrolarum, indignabantur quod per illas, quas, vel quarum similes, ut deos coluerant, exterminarentur: quare *videntes*, et sentientes, id est animadvertentes, Deum Hebræorum, quem olim negabant se nosse, hæc plagas sibi infligere, cum ut verum Deum agnoscere coacti sunt, ut patet *Judith. v. 20; Jos. ii. 9.* Sed sero, et invile ac coæto: quod circa æquum fuit, ut extrema clade plecterentur, quare «*finis condemnationis* (id est extrema damnatio, excidium et exterminium) venit super eos,» cum scilicet a Josue et Hebræis per bella funditus sunt aboliti. Alii hæc referunt ad Ægyptios, qui a Mose mersi sunt in Mari Rubro; sed de Ægyptiis egit cap. xi, hoc vero cap. xii agit de Chananeis: ita S. Bonaventura, Dionysius et alii.

Pro *patientes Complutenses* et Regii legunt, *impatientes*: utrumque verum, patientes enim corpore fiebant impatientes animo; unde ex Complutensibus sic clare verit Jansenius, *nom cum in his, in quibus patientes indignabantur, in his scilicet quos putabant esse deos, quando per ea puniebantur, sensissent eum quem olim negabant se nosse, tunc verum agnoverunt Deum*: significare vult Pharaonem cum suis, qui prius dicebat: «*Nescio Dominum, et Israel non dimittam*,» priusquam ranis et muscis, quas pro diis colebant, eos Deus afflisset non sine magna illorum indignatione, qui ægre ferebant, a suis diis affligi, et a rebus tam levibus, tum demum agnovisse Dominum, ita ut diceret: «*Peccavi: Dominus justus, et ego et populus meus impij. Orate Dominum,*» etc. Verum jam dixi hic agi proprie de Chananeis; si quis tamen per complexionem eum Cantarezeno, hæc tam de Ægyptiis, quam de Chananeis accipi malit, non repugnabo: nam in sequentibus de utrisque mixtum loquitur.

Pro *venit*, multi legunt, *veniet*, scilicet in die iudicii, «*finis condemnationis*» reproborum, qui damnabuntur et detrudentur in gehennam; verum græce est, *ἔρχεται*, id est *venit*, in præterito: loquitur enim de transacto Chananeorum excidio.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Decisione Ægyptiorum et Chananeorum, quas Deus ob scelera præsertim idololatriæ excidit, incipit tractari de idololatria: hæc enim maxime prima veritate et principio sapientia, quod est agnoscere, timere et colere Deum verum, quasi ea diametro repugnat. Triplioem autem idololatriæ speciem assignat: primam, qua animalia viva colebant pro diis; secundam, qua elementa et corpora celestia; tertiam, qua imagines et idola, ac de his omnibus mixtum pertractat per quatuor capita. Igitur hoc cap. insectatur eos, qui ex creaturis non agnovere creatorem, sed creaturam quasi creatorem colerunt, a vers. 1. ad vers. 10. inde ad finem capituli graviter increpat eos, qui idola lignea, lapidea, testacea ab artificibus efformata ut deos adorant, invocant, de futuris consulunt, eorumque opem implorant.

1. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex: 2. sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimbiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. 3. Quorum si specie delectati, deos putaverunt: sciunt quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hæc omnia constituit. 4. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: 5. a magnitudine enim speciei et creaturæ, cognoscibiliter poterit creator eorum videri. 6. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum querentes et volentes invenire. 7. Etenim cum in operibus illius cognovissent Dominum, ita ut diceret: «*Peccavi: Dominus justus, et ego et populus meus impij. Orate Dominum,*» etc. Verum jam dixi hic agi proprie de Chananeis; si quis tamen per complexionem eum Cantarezeno, hæc tam de Ægyptiis, quam de Chananeis accipi malit, non repugnabo: nam in sequentibus de utrisque mixtum loquitur.

8. Iterum autem nec his debet ignosci. 9. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum: quomodo hujus Dominum non facilius invenirent? 10. Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum et argentum: artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. 11. Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuierit, et hujus docte eradat omnem corticem, et arte sua usus, diligenter fabricet vas utile in conversationem vitæ, 12. reliquis autem ejus operis, ad præparationem escæ abutatur: 13. et reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, et vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scienciam æ artis figuret illud, et assimilet illud imagini hominis, 14. aut aliqui ex animalibus ut comparet, perliniens rubrica, et rubicundum faciens fuco colorem illius, et omnem enclam, quæ in illo est, perliniens: 15. et faciat ei dignam habitationem, et in pariete ens illud, et confirmans ferro, 16. ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non est adjuvare se: imago enim est, et opus est illi adjutorium. 17. Et de substantia sua, et filiis suis, et de nuptiis votum faciens inquiri. Non erubescit loqui cum illo, qui sine nima est: 18. et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, et pro vita rogat mortuum, et in adjutorium inutilem invocat: 19. et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest, et de acquirendo, et de operando, et de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

1. VANI AUTEM SUNT OMNES HOMINES IN QUIBUS NON SUBEST SCIENTIA DEI: ET DE HIS QUÆ VIDENTUR BONA, NON POTUERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST, NEQUE OPERIBUS ATTENDENTES AGNOVERUNT QUIS ESSET ARTIFEX. — Hoc est thema totius capituli et trium se sequentium, nimirum ostendere, tum vanitate idololatarum, philosophorum ceterorumque minimi qui creaturis fruuntur; tum opposi-